



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

166 Beneficiu[m] permutatum tra[n] sire cum suo onere in quemcumq[ue]  
possessore[m]. i. cum lege restitutionis in casum, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

166  
Beneficium per  
mutatu tran  
sire cu suo o  
nere in que  
cumq; posses  
sorem. i. cum  
lege restitu  
tionis in ca  
sum, &c.

167  
An sit opus  
nova collatio  
ne quada per  
mutatio non  
habet exitu.

habuerit; unde consequens est ut & consanguineus iste sit a beneficio remouendus ut maxime nihil peccauerit initio, sicut & alius quilibet remouendus est qui post istum consanguineum beneficij eiusdem deprehenderetur esse detentor; quantumlibet per manus plurimorum iam sepius hoc beneficium deambulasset, nec obstat cap. factum legitime. de regul. iur. in 6. quia beneficio ex causa permutationis resignato semper inest lex restitutionis in casum quo contingeret vtrique non satisfieri beneficiorum permutationi, vel alioquin euinci beneficium alterutrius etiam post permutationem semel impletam, sicuti mox in cap. vnic. de rer. permutat. lib. 6. plenius edocebitur.

Ait Pont. *eam restitu faciat is eidem.* Quarto quam ratione facienda sit haec restitutio, per nouamne collationem an per simplicem reditum ad ius pristinum, remoto detentore isto illicito? Tentari posset, noua collatione non esse opus propter legem illam restitutionis beneficio ex causa permutationis resignato inhaerentem sicuti modo dicebamus; quandoquidem permutatione non impleta vel alioquin in nihilum redacta, perinde res habetur (ut multis placet) atq; si permutatio nulla prorsus interuenisset vnquam. quod & moribus obseruari post Ioann. And. Rebuffus adnotauit in sua praxi beneficiali d. tit. de permutat. nu. 12: quae de re nos accuratius quid adferre conabimur sub huiusce Comentationis fine. Plures hic & elegantes tractari possent ac merito deberent quastio.